HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 118r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sabbati lauit sabbata sua p annos lxx.
& sic in antiquum statum restituta
est. Captiuitas quoq; iudee templiq;
subuersio usq; ad cyrum regem psarum
lxx. conpleuit annos. potentes enim
potenter tormenta pacientur. Qd aut
dicit. dabo terram egypti desertam
in medio terrarum palestinos signifi-
cat ydumeos. & moabitas. omnes q;
alias regiones. aduersum quas sup
p phete uaticinium est. tunc disp
ger siue disseminabit egyptios in-
nationes. & uentilabit eos in terras.
& quia clemens & miserator est dns.
paciens & multarum miserationum.
post xl. annos egypti restitucio est.
& reducetur in antiquum solum u-
niuersa captiuitas. & collocabitur in
urbe metropoli que appellatur pha
tures. ubi orta est. & unde pfecta est. ita
dum taxat. ut putilitate sua amit
tat antiquam supbiam. & sit in reg
num humile. immo humillima
omnium nationum. & non eleuetur
ultra contra gentes. nec in eas habeat
impium. s; reducta in paucitatem
nequaquam decipiat domum israel
sui confidentia nec doceat eos ini
quitatem. siue redigat eos in memo
riam iniquitatis qd deserto auxilio
dei. egypti quesierunt amminiculum.
& hec omnia fient. ut tercio cog
noscant egyptii qd ipse sit dns. Hec
breui sermone p strinximus hystorie
fundamenta iacientes. nunc alle
gorie nubilum disserendum est. & ea
dem breuitate uitare conabimur. &
huius explanationis longitudinem

Ad draconem sermo est qui dixerat
mea sunt flumina. & ego feci ea qd
inducat sup eum ipse dns gladium
de quo in ysaia scriptum est inebriatus
est gladius meus in celo. nec descen
det in terram ut p dat ex ea hominem. et
iumentum quicquid uel rationis ui-
detur habere uel simplicitatis. & p dat
non absolute s; draconi. ut draco
ni peant. & uiuant deo. & fiat egyp
ti p ditio secundum supiorem sensum qd
draconi peat. & post pditionem redi
gatur in solitudinem pessimum hospitem
habere desistens. Et tunc cognoscent
homines & iumenta & terra disp
dita qd ipse sit dns. illo sensu qui in
septuagesimo septimo psalmo scriptus
est. cum interficeret illos tunc que-
rebant eum. Omnis enim qui que-
rit inuenit. diq; mia est. ut mun-
di huius peat habundantia. & egyp
ti fluenta siccentur. immo terra eque
sit in solitudines & sentencia dni
dissipetur. aturre fiene. que interpre
tatur gyrus ut nichil in se recti habeat
usq; ad terram ethiopum qui humiles
appellantur. ut uidelicet omnis supbia
que se contra dei scientiam erexerat. de
struatur. & humilietur in salutem suam.
nec pes hominis. hoc est rationale quip
piam transeat p egyptum. nec pes
iumenti gradiatur in ea. ut simplices
quosq; non teneat. quos dimisissis ho
minibus pharao in egypto tenere cu
piebat. moyse contra dicente & uo
lente iumenta quoq; de captiuitate
egypti liberari. Et inquit. non habita-
bitur xl. annis. qui numerus semp af